Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26015
Copyright: Admont, Benediktinerstift

66

alud desiderat mediu. a quo extreme latitudinis linee ducantur. Utrumq; aut hoc ratio
respuit. Id erit g quod diuidi nequeat. D. Recte dicis. E. Nonne tale aliquid tibi uidetur et illud
unde linea ducitur. et si figura non dum sit cuius mediu intelligamus. Illud n. dico principiu
linee a quo incipit longitudo. quod uolo sine ulla longitudine intelligas. Nam si longitu
dinem intelligas. ne quidem profecto intelligis unde ipsa incipit longitudo. D. Tale omnino. E. Hoc
quod iam te intelligere uideo potentissimu omniu que demonstrata sunt. siquidem hoc quo nulla diuisio
nem patiatur punctu uocatur quod mediu tenet figure. Si aut principiu linee est. uel linearum aut
et finis uel cum omnino aliquid notat quod sine partibus intelligendu sit. nec tamen optineat figure
mediu signu dicitur. Est ergo signu nota sine partibus. Punctum aut nota mediu figure
tenens. Ita fit. ut omne punctu et signu sit. non aut omne signu punctu uideatur. Uolo n.
de his nominibus inter nos conuenire. ut minus disputando circumloquamur. Quamquam plerique punctu
appellent. non quod omnis figure mediu. sed quod solius circuli uel pile teneant. D. Iam et si minus nobis
de uocabulis laborandu est assentior. E. Uides certe et quantu ualeat. Nam ab ipso incipit
linea. ipso terminatur. figuram recti lineis nullam uidemus fieri posse. non ipso angulus clau
datur. Deinde undecumq; secari linea potest. per ipsum secatur. cum ipsum omnino nullam in se admit
tat sectionem. Nulla linea linee nisi per ipsum copulatur. Postremo cum ceteris planis figuris. nam
de altitudine adhuc nichil diximus ea proponenda ratio demonstrauit. que circulo clauditur
propter summam equalitatem. que alia ipsi equalitati moderatio est. quam punctu in medio constitutum.
Multa de huius potentia dici possunt. sed adhibeo modu et ipsi cogitanda plura permitto.
D. Sane ut uidetur. Non n. me requirere pigebit. siquid fuerit obscurius. Cerno aut mediocriter
ut puto magnam huius signi esse potentiam. E. Nunc ergo illud attende. cum et quid sit signu et quid
sit longitudo et quid sit latitudo perspexeris. quod horum tibi uideatur alterius. et cui indigere sine quo esse
non possit. D. Uideo quod latitudo longitudine indigeat. sine qua prorsus intelligi non potest.
Rursum longitudinem certo latitudine quidem non indigere ut sit. sed sine signo illo esse non
posse. illud aut signu per semetipsum esse. nullius horum indigere manifestu est. E. Ita est ut
dicis. Sed diligentius considera utrum latitudo uere undiq; secari queat an aliunde
nec ipsam sectionem admittere. quin potius admittat linea. D. Nescio prorsus unde non possit. E. Credo
te non recordari. Nescire n. istud nullo modo potest. Itaque commonere faciam te isto modo. Certe
n. latitudinem sic intelligis. ut cogitatione tua de altitudine nichil usurpes. D. Sic
omnino. E. Accedat huic latitudini altitudo. et responde iam utrum et aliquid accesserit
quo magis undiq; secari queat. D. Mire omnino admonuisti. Non n. uideo non solum de
super aut ex inferiori parte. sed a lateribus quoq; admitti posse sectionem. nichilq; omnino
remansisse. unde non queat penetrare diuisio. E. Itaque manifestu est latitudinem exhi

Quod sit signum
Quod sit punctum

possit